1905

198

Mierzwinski **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Bransensibus personaliter comparens nobilis Thomas olim Andreae Przychalski sanus mente et corpore existens palam recognovit quoniam nobilem Fabianum olim Stanislai Mierzwinski in Pozniki haeredem de vulneribus sibi per ipsum illatis seriam officio praesenti inscriptis tum et processu eo nomine obtento ob praestitam sufficientem satisfactionem quietat emittit ob inductionem vulnerum cum processu cassat perpetuis.

Actum in curia Regia Bransk[ensi] feria sexta in vigillia Festi sanctorum Simonis et Iudae apostolorum Anno Dni millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo

Bankowski **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Bransensibus personaliter comparens nobilis Zacharias filius olim Nestoris Bankowski in Banki Kozdranica haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit quoniam nobilem Hieronimum olim Valentini Bankowski de solutione summae mille trecentorum triginta florenorum polonicalium debiti sibi coram actis praesentibus inscripta et de processu eo nomine obtento ob praestitam sufficientem satisfactionem quietat et liberum facit ac inscriptionem cum processu et toto effectu cassat perpetuis temporibus.

Bankowski **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Bransensibus comparens personaliter nobilis Hieronimus olim Valentini Bankowski in Kozdranica haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit quoniam nobili Zachariae olim Nestoris Bankowski et suis posteris septingentos triginta florenos polonicales debiti certi et liquidi mutuati pecuniis tenere ac debere et pro Festo solenni Pentecostes proxime futuro in anno praesenti parata pecunia persolvere et indefectibiliter pro tempore praefixo solutionis in crastino eiusdem Festi seu dum et quando eo nomine amicabiliter et officiose requiretur in tenutam mediatatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Kozdranica consistentium se praetendit in agris cultis agris pratis campis silvis gaiis laboribus subditis eorum substantia et generaliter omnibus pertinentiis ad mediatatem bonorum spectantibus nullis exceptis dare et intromittere in datas et admissas non impedire nec denegare sed tueri et eximere nec per se nec per submissas personas impedire